



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 12. Subsidia adversus Turcas a Cæsare in Comitiiis Ratisbonensibus  
petita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

beri censerentur: Plura alia statuta, Sæc. XVII. A. C. 1613.  
 quibus pacem firmatum iri sperabatur, fuere condita: finitis autem comitiis  
 Bethlenius ad Turfonem Hungariæ Pa-  
 latinum, & ad Hungariæ Status lite-  
 ras dedit, quibus se in Transylvaniæ  
 Principem fuisse electum, ac Turcas ab  
 hoc Principatu abduxisse retulit, seque  
 cum vicinis amicitiam servaturum spo-  
 pondit, spe fretus, quod Cæsarei &  
 Hungari vicissim ab omni hostili irru-  
 ptione alieni forent, si vero finitimis  
 propugnaculis insidiari pergerent, Sul-  
 tanum, qui nihil a Principatu abalie-  
 nari passurus esset, iniquam ejusmodi  
 vim totis viribus ulturum scirent.

## §. XII.

*Subsidia adversus Turcas a Cæsare  
 in comitiis Ratisbonensibus  
 petita.*

Non deerant quamplurimi primæ No-  
 bilitatis Viri, qui tam ex Hunga-  
 ria quam ex Transylvania aliisque locis  
 Cæsarem de motibus damnisque per  
 Turcas illatis, ac præsentaneo Christia-  
 næ Reipublicæ & Imperii periculo cer-  
 tiorem redderent: Horum igitur sortem  
 misertus Cæsar die trigesima Septem-  
 bris edictum promulgabat, quo hæc co-  
 mitia ob pestilentiaæ metum Ratisbona  
 ad

*Piassec.  
 Chron.  
 pag. 284.  
 Carafa l. c.  
 pag. 49.  
 Merc. l. c.  
 pag. 37.*



**Sæc. XVII.** ad locum magis commodum transferri  
**A. C. 1613.** ac quamprimum subsidia adversus Tur-  
carum insultus decerni petebat, rogans,  
ut de certa pecuniarum summa ad qua-  
draginta Menses duabus vicibus, scili-  
cet Nativitatis Dominicæ & S. Joannis  
Baptistæ sequentis anni festis nume-  
randa inter se consultarent. Verum-  
tamen Protestantes die quarta Octobris  
Cæsari hæc in responsis dabant. Cum  
Cæsar de tollendis gravaminibus nul-  
lam fecisset mentionem, palam decla-  
ramus, quod in nullum subsidium con-  
sensuri simus, nisi pace prius & justitia  
in Imperio firmata, etiam gravamina  
potiora in his comitiis fuerint abroga-  
ta, præsertim cum omnis de compe-  
scendis exteris hostibus deliberatio, nisi  
prius de interna quiete conventum fue-  
rit, supervacanea habeatur. Accepto  
hoc responso Maximilianus Archidux  
eisdem pollicebatur, quod instituto  
Spiræ conventu de justitia aliisque re-  
bus in integrum restituendis delibera-  
tio habenda sit, verum Protestantes  
denuo toties revocata sua, sponteque  
quæsitæ urgebant gravamina, rejecta  
æquitate, dissolutis comitiis, armo-  
rumque potentia rem extorquere  
parati.